die affligētes ōnino nō p̄cebant. Quibus dū cuperē resistere: eo
rū frequēti insultu nimīū afflicto: corpe cepi languere iuuenili:
et anim⁹ gaudens tristitia multa cōtabescebat: post hec doloz ^{3.}
addens dolori: et vulnus vulneri apponēs: parentē dulcissimū
vnicū cordis mei tpale solaciū: quē velut aiām meā diligebam
ip̄a mihi abstulit: et me desolatū reliquit. **O** si vidisses in tēpore
illo q̄ lacrimosis vocibus flens et eiulās suspexi in celū: petens
vt iram suā misericors de⁹ in māsuētinē conuerteret: et ab af
flictiōe miseri manū suā grauissimā paulisp̄ releuaret: cōmota
fuisset viscera tua pia. **S**z ecce qd̄ et cū lacrimis tibi dicere co
gor: furozē suū cōtra me hec quā p̄fatus sum crudelissima spon
sa exarcuit in hūc mundū. **N**ā duas solas oues relictas habui.
simul de scutella mea edētes: et parit̄ mecū bibentes: et vtilitati
mee vt cūq; subseruiētes: et dū minime putarē venerūt lupi ves
ptini: ouiculas rapiūt et diripiūt: omni morte corporali iselitus
eas laniātes. **Q**ui cū flens et eiulās post eas icurrissem: vix tan
dē magno cū labore partem aliquā morticinū vi extorxi: quō si
pastor duo crura pecudis eruat de ore leonis. **Q**uod vidēs ad
uersatrix mea manū suā in sanguine cruēto mortuoz p̄dictozū
tinxit: et me in faciē tangēs atq; sanguine cōspargēs obprobriū
me insipiētib⁹ dedit. **T**ribulatiōes morte iselitiores imisit: et cla
ritatē lucerne micātis extinxit: vocez iocūditatis abstulit: ac le
ta et cara vniuersa tulit: dolorib⁹ seuissimis et incredibilibus cor
meū a summo vsq; deorsū cōuulnerauit. **E**lebāt tūc multa pia ^{4.}
corda q̄ hec videbāt et altius ingemuere: nōnulli p̄cutiētes pec
tora sua vehemētissime afflictioni cōpatiētes: quidā autē illic
stantes subsannabāt miserū: capita sua mouētes: ac ei qd̄ patie
bat ip̄operantes. **Q**uid multis mozer? **S**i tribulatio hec seui
ens tñ inualuit vt ego mozsq; vno tñ vt ita dicam gradu diui
deremur: nec adhuc destitit hic quā maxime diligebā: s; i istis ^{5.}
tantis tribulatiōib⁹ nouas cōtinuauit. **E**tenī nem⁹ folioz viridi
tate venustū: cū m̄gno laborē et studio a pueritia mea plātauerā

38

cathedre honoris cōtentiuū: de qua gloriā z honorē recepturū
 me sperabā. **Lūq;** tēpus iam adeo. vt meo fruerer labore cathe
 dra subuertit: z nemo in alterius cuiusdā redigif dominium
 z labor oīs pdif: z finis intētus frustra: z sic velut in altuz ele
 uās allisit me valide. **His** malis adhuc recent crassantib⁹ mag
 nā multitudinē quorūdam velut serpentū z animalū venena
 toz cōcitauit aduersū me: q̄ vehemētissimo ipetu me inuaserunt
 nunc simul: nūc diuisim me affigētes: frat tūc erā leonū: z soci
 us strutionū. **A**nes rabidi aduersū me latrabāt: z scorpiones a
 secreto vulnerabāt. **S**erpētes quodā vēto fetido i me sufflabāt
 ac sibilabāt: z faciē meā cōspuere nō verebant: sicq; ōni genē
 penarū me ledētes ac illudētes vitā meā ad amaritudinez pdu
 cebāt. **Q**uid plura: tēpus nō sufficeret si ad singula aduersatrici
 mee flagella: q̄bus me vsq; ad hāc horā castigauit: vellē enarra
 re: s; dicere libet cū ppheta. **S**ecretū meuz mihi: secretū meum
 mihi. **D**ec aut ex abūdantia cordis ppter vocē iocūde cōsolatio
 nis tue: de plenitudīe cordis simul cū defluētibus lacrimis vio
 lentē eruperūt. **D**ec cū discipulus audisset itellexit eē misteriu
 despōsationis efne sapie: q̄ suos amatores tēporalibus cōsueuit
 tribulatiōibus pbare: z pbatos sibi in amicitia copulare: z cū
 sus ad eā dixit. **O** diuine sapie abyssus ipscrutabilis. **O** totius
 pietatis pelagus infminabile: q̄re sic affligis diligentes te: z te
 modicū curātes: collo pmittis icedere erecto. **A**n ignoras tu q̄
 es plasmator oīm: ifirmitatis hūane debile nīmū eē fundamē
 tum: z q̄ corpus qd corūpit intū aggrauat aīam: vt nō possit
 semp ea q̄ ventura sūt inspicere s; cogit magis ad ea q̄ in p̄spec
 tu sūt iclinationē habere. **O** clemētissime deus tribulatōes nos
 tras clementē cōsidera: z vtutē patiēdi presta: ac tuis gratissimis
 cōsolatiōibus corda iua. **S**apientia **V**innulus recē
 lida ex alto cōfirma. **S**apientia ter genitus mat
 num refugiū querit: capere vbera petit: s; cū ad icremēta debi
 ta puenerit: lac deserēs cacumina montiū petit: inf lilia pascit:
 z gregi suo libere sociat. **P**uerilia iura lacti debita annoz iam
 maturitate trāscendisti: tēpus ē vt ablactat⁹ a lacte: anulus ab
 vberibus: numero viroz fortiū adiungaris. **E**xēplo igit eoz
 discē qd agere debeas: z q̄ patientē aduersa cuncta debeas susti
 nere: vt piter z tu tribulatiōibus pbatus eoz numero cū gau
 dio sine fine socieris. **A**scēde ergo ad cor altū sursum erigere: z
 post tergū respice: ac vide turbā innumerabilē oīm sanctorū q̄ a
 seculo sūt. **E**t aīaduerte qm̄ oēs qui mihi singularit placuerunt

singulari quodque intolerantia aduersitatum probati extiterunt. Et ut de ce-
teris omnibus quorum infinitus est numerus filea. **E**cce ad manus est
1. puer cytharista vir secundum cor dei. Quantas inquam ostendisti mihi tri-
2. bulationes multas et malas et conuersus uiuificasti me: et de aby-
3. sis terre iterum reduxisti me. **J**oseph futurus egypti dominus: a fratribus
4. suis uenditus: et a muliere mala infamatus: carcerali custodia man-
cipatus fuit. **S**ilencio nunc pertransio abraham benedictum domini. **M**oy-
sen electum a domino: et ceteros patriarchas et prophetas et amicos dei
altissimi: quorum longanimitas spiriti non immerito speculorum patientie
tibi esse deberet: et te cordatum reddere in aduersis. **I**nteroga gene-
rationes singulas et annuntiabunt tibi: maiores tuos et dicent tibi:
Exenus quippe es: ignoras introitum tuum et exitum tuum et uidebis quod
ridiculum est quod pateris: si quod pateris: debite librate: et patrum passio-
nibus uolueris comparare. **E**cce ysayas grauius nobilitate insignis
5. ferra lignea secatur. **I**eremias in utero sanctificatus: quod die hominis non
6. concupiuit: lapidibus obrutus crematur. **E**zechiel crudeliter excre-
7. bras. **D**aniel uir desideriorum in lacum leonum pergit. **T**res pueri in ca-
8. mino ignis traduntur. **J**ob exemplum patientie in manu inimici tra-
9. dit. **T**hobias excecatur. **M**achabei cruciatibus exquisitissimis inter-
empti sunt: et hi quidem patres bona temporalia in re promissione acce-
perunt. Porro ab initio nascuntis ecclesie: regnum celorum uim patitur: et
12. violenti rapiunt illud. Nonne uides amicos meos apostolos ca-
rissimos in hoc mundo degere: et fame ac siti: frigore et nuditate
laborare: carceribus ac plagis et mortibus se exponere: et omnibus
uite presentis laboribus et angustiis subiacerere. nec deficere in tribu-
13. lationibus: nec querulosis insistere uocibus uelut tu facis: sed gaude-
re in contumeliis: et tribulationibus letari. **S**anctos quodque martyres
quis audeat aspicere et desideriosus uel querulosus esse: quod ludibria uer-
14. ba expropti vincula et carceres perpassi: innumera tormentorum genera
passi gloriosissime coronati sunt. **C**onfessores ac uirgines longum du-
cetes martirium: corpora sua cum uicis et concupiscentiis crucifixerunt
15. **Q**uid fecit alexius: quod passus eustachius? **Q**uid denique adhuc
hodierna die per totam fidei spaciosam latitudinem per amorem dei pa-
tiuntur iuuenes ac uirgines: sed et coniugate ac uidue deuotissime: quod
rum magnitudo tribulationum si cognita esset: silentium ori tuo queru-
loso imponeret. **N**onne ad memoriam reuocas exemplum memorabi-
le ualde de femina coniugata deo deuotissima: quod ueniens in confes-
sione tibi aperuit: qualiter .xx. annis cum marito suo uixerat: quod non
ut homo sed uelut leo ferocissimus gladio euaginato ipsam mul-
totiens impetierat: et innumeris uerbis et contumeliis mulierem

39.
sanctā atq; pudicā flagellauerat: intm̄ vt singulis horis ad con-
spectū viri mortē phozresceret iprouisam: q̄ oīa deuota femina
patiētissime ferēs: nec murmurās aut reclamās: p̄ salute ipysu
mi tibi orandū tam deuote supplicabat. Nōne tūc sursum respi-
ciebas: atq; pectus tundēs corde verecundo pclamasti: te nihil
pati s; ociose vagari. *15.* **P**reterea adhuc restat loc^o: vnde tibi meli-
us cōcludat: et salubrius cōsulat. **A**chillē in mediū cordis tui
pfero. **L**ollatiōes videlicet et vitas patrū quas q̄tidie legis et re-
legis: et a q̄bus nec ad modicū libent̄ diuelleris. **D**is diligenter
pspectis satis mirabile ē si nō tm̄ in eo p̄fecisti: vt patientiā didi-
ceris in aduersis. **U**bi ē tuus **A**rseni^o: **M**acharius q̄ deuenit:
oblitus es **A**ntony: **P**aulū et **H**ilarionē picisti: **C**ōgrega dis-
psiones cordis tui et reminiscere patrū diuinissimoz: q̄ in the-
bayde ac egipti ptibus: ac ceteris heremi locis degētes: et re-
fusus montiuz: prupta petrarū: anfract^o siluarū petētes. vastitatē
horridā desertissimi heremi q̄sierūt: ibiq; ab hūanis aspectibus
semoti et innumera aduersa deuotissime tolerātes cūctis admī-
bilē duxerūt vitā. **N**ōne erubescis cū hos p̄spicis: et societati eo-
rū annumerari tuo mētis affectu cōcupiscis: et q̄ eozū sufferen-
tias vel in modico imitari non vis. **V**is inē tot strennuissimos
nulites d̄sidiosus eē et somnolētia torpescere: **A**bsit: absit. **T**em-
pus iam p̄teryt. **E**cce in virū mutatus es abyce aminō puerilia
et p̄para te ad bel

Discipulus. Vere tantoz memo-
la robustiora. **D**iscipulus. **U**ere tantoz memo-
ria patrū: tanq; mu-
fica in cōuiuio vini et in omni aīa tribulata: suauius melle idul-
corabit. **C**ū hos viros gloriosos celestis aule milites eximios:
et eoz gesta stupēda: paup̄ v̄miculus oculo cordis intueor: p̄scō
me nihil eē. nihilq; me pati cū genuitu cordis exclamo. **S**ed si et
aliqd̄ tristabile me habere putabā: ad eoz aspectū p̄do: suauit̄q;
respiro. **S**ed vellē scire: vtrū infortunia casualia: et tribulatiōes
inuoluntarie: salubres vel etiā meritoze existant. **E**t item. **Q**ua-
re amicos potius aduersis q̄ prosperis soleas exercere.

Sapientia. **U**na in̄rogatione tria vt videt̄ dubia ti-
bi soluēda poposcis: videlicet de casu: de
modo: et de causis tribulationū. **D**e primo fixam hāc sententiā
teneas: q̄ nulla tribulatio: sicut nec quicūq; aliū euētus fortu-
itus potest dici casualis: relatus ad primā rerū causam. licet per
reductionē ad hanc vel illā leges casualitatis icurrat. **U**n̄ quis
tibi occurrēs aduersitas: eius nutu et p̄uidencia gerit̄. cuius vir-
tute cūcte res create sūt: et in suo eē cōseruant. **U**orro de iuo

Ado 40.

Solutio 3. q̄ 1.

*Tribulationes
Inuoluntarie.*

luntarijs tribulatiōibus scire debes: q̄ licet inuolūtariū inq̄ntuz
huiusmodi nō sit meritorium: yerūtamē si prudēs animus hoc
quod inuolūtariē illatū ē: volūtariē pati voluerit: ⁊ voluntatez
hactenus rebellē ad virgā dei iclinauerit: virtutē faciens ex ne
cessitate. Daud dubiuz: q̄n salubre ⁊ meritorium fiet hoc qd̄ ante
pestiferū videbas: ⁊ ad spūale virtutū pficiet incrementuz. Sic
reuera dei sapiā: inumeros a principio mūdi ad se iuitos trahit
⁊ rebelles cōpellit intrare. **Sed** q̄re electi vt plurimuz hic ad
uersis dep̄manf: hoc in p̄mpto pro ratione habeas: qz cū proni
sint sensus hoīs ad malū ab adolescētia sua: sepienda ē via elec
toz spinis tribulationū: ne noxia delectatio materiā prebeat d̄
linquēdi. Sed dū electus quisq; nimys ⁊ cōtinuis tribulationi
bus premitur: ad superna tendere etiam inuitus cogitur.

alia. **Discipulus.** Tribulatiōes tēporales vtilēs q̄dem
ac salubres eē nō discedo: si modū ⁊
possibilitatē patiētis nō excedāt. **Sz** ecce eoz p̄sentia afflictiua
tam vehemēt angit ⁊ mouet: vt interdū q̄q; virtutē hūanam
excedere. **Sapientia** Dic mos cūctoꝝ solet eē mise
videatur. **Sapientia** roꝝ: vt flagella sua alioꝝz fla
gellis estimēt preponderare: ⁊ sua q̄sq; damna sentiēs magis de
fleat q̄ aliena. Et q̄ se putat hac specie flagelli supra modūz pre
grauari: mutata specie eadem difficultas q̄rimoniē remaneret.
Unde omni exceptiōe semota voluntati diuine te subyice: ⁊ fla
gella eius accipe cū affectu. **Fidelis** enī deus q̄ nō patiet tēpta
ri suos supra modū. sz faciet cū tēptatione puentū vt possint sus
tinere. Quid igit̄ adhuc trepidas: qd̄ times? **Dysimus** nāq; ē:
vt velit. **Sapientissimus**: vt optime nouerit qd̄ expediat p̄ vno
quoq;. Et potētissimus: vt vbi ex se deficit homo: suppleat ma
nus omnipotentis. Igitur cogitatum tuum iacta in domino:
cōmitte te deo: crede deo: omnē sollicitudinem tuā in ip̄m pro
yice: quoniā ip̄i cura ē de te: accede ⁊ fiducialiter dic ad ip̄z. Pa
ter mi: nō mea sed tua voluntas fiat. **Cum** autez tribulatio ad
uenerit: exi tanto hospiti obuiam benigne eum recipiendo: et
dic corde iocundo. **Beneueniat** amica mea tribulatio.

Discipulus. **O** deus q̄ facile ē hoc dicere: ⁊ q̄ dif
ficile verba factis compensare: qz tri
bulationum preuenientium seua vulnera sunt valde afflictiua.
Sapientia Si tribulationes non affligerēt: tribula
tiōes appellari nō valerēt. **Tribulatio** dū
p̄is ē: inesticiā p̄stat: cū at̄ p̄terierit ⁊ victa fuerit letificat sūme.

39.



Breuez habet amaritudinē ⁊ longā cōsolationē: frequēs tribu-
 latio cōsuetudine tandē vincit: vt iam quasi non eē tribulatio
 aut leuis eē videat. Qui enī ⁊ mōstris assuet⁹ ē monstruosa mi-
 nus curabit: diuine dulcedinis imensa copia inq̄ntuz huiusmo-
 di nō eēt tibi adeo meritoria nec tāta laude digna: q̄ntuz ex fer-
 uida caritate tribulatio patientē p̄pessa. **En plures inuenim⁹:** qui
 prosperis successibus elati deciderūt: q̄ qui in aduersis fracti a
 p̄posito sp̄iali corruerūt. **Deniq;** si in astrologia sciētia discipli-
 na flores: ⁊ oīm liberaliū artū secreta penetrases. **Si admir-**
 bilis in omni scia appareres. **Si cūctos rethores ac dialeticos**
 faciūdia ⁊ argutys p̄ires. **Dec oīa nō tm̄ ad bonā tibi vitā cōfer-**
 rent: q̄ntū hoc vnū ad salutē necessariū scz ex caritate de corde
 puro ⁊ cōscientia bona ⁊ fide nō ficta teipm̄ deserere: ⁊ totū te
 deo in omni tribulatiōe cōmittere: eiusq; volūtati parere patiē-
 ter. **Nam illud bonis ⁊ malis cōmune ē:** istud autē electis inesse
 potest. **Tanta ē p̄eminētia eēne glē ad t̄pales ac trāsitorias pas-**
 siones: vt diligens p̄spectoz deberet potius eligere multis anis
 in fornace ignis ardētis velle torqueri: q̄ minimo p̄mio ī futu-
 rū sibi referuato velle p̄iuari: qz labor: cū fine merces sine fine

110. bā folio A

A 2. 51. 52 59.

folio. 1. 4.

23. 11. 30.

Discipulus

D summa ⁊ ineffabilis pietas: q̄ sua
 uissime ⁊ poptime organa h̄ resonāt ī
 aure tristiori. **O** mira circa nos tue pietatis dignatio: eo q̄ cir-
 ca hominē miserū ⁊ afflictū ac desolatū sic apponis cor tuum: ⁊
 sic dignaris lenit̄ dolētes: ⁊ solari tristes ac merētes. **Te nāq;**
 sic dulcit̄ resonāte: anim⁹ tristicia p̄ssus alletuat: ⁊ tua celestis
 modulatio spiritū tristicie mentē exagitante saltez ad tēpus fu-
 gat vt leui⁹ qd̄ patit̄ ferat. **Q** si etiā daret̄ optio: mallem potius
 aduersa cōtinue pati ⁊ tua cōsolatione dulcissima sic foueri: q̄
 aduersis carere ⁊ vnctionē tuā p̄ciosissimā nō habere. **E**ya age
 nūc qd̄ cepisti: qz se q̄si nihil pati existimat: cui tā dulcit̄ eēna sa-
 pientia in aduer

Sapientia

Audire vis cytharā sp̄i-
 ritualis musice pulcre f̄
 sonantē: sursum erigere ⁊ p̄ciosū fructū t̄paliū aduersitatū dilige-
 ter attende. **Sicut enī in cythara corde p̄portionabilis̄ p̄tēse so-**
 nū reddunt suauē. **Sic elcūs q̄sq; dū aduersitate p̄mis: quasi vi-**
 quadā extra se tendit: ⁊ ad reddendā dulcē ac celestē melodiā
 plen⁹ abilitat. **Sciendū ergo q̄ t̄palis tribulatio: ab hoc q̄dez**
 mūdo insuauissimo vilipēdit: a summo autē iudice deo valde p̄-
 ciosa estimat. **I**pa iram iudicis extinguit: ⁊ ei⁹ seueritatē ī ami-
 citiā ⁊ benignitatē cōuertit. **Qui aduersa pro deo libent̄ patitur**

xpo passo assimilaf: et ideo ab eo tanq̄ a cōsimili nexu dilectio
nis p̄cipuo cōstringit. Fructus ei⁹ balsamicus iputribilē p̄f
tat vigorē. Sicut stella matutina solis vicinū huic mūdo prenū
ciat ortū: sic tribulatio hoīs similiē facit. Nam ip̄ius sup̄celestis
solis aīam tribulatā inuisere volētis iocundā demōstrat: p̄p̄in
quitatē et internā auget cōsolationē subsequētes. Et sicut nox
tenebrosa diē precedit luminosam: et hyemis asperitas estiuale
aīcedit iocūditatē: sic bonarū mentiū internā et̄nāq; ip̄az p̄ire
solet cōsolationē. Sic arc⁹ refulgēs in nebula glē signū ē diui
ne pacis ad gen⁹ humanū. Sic tribulatio seniēs signū ē diuine
p̄p̄iciationis ad animū cōtritū. Ip̄a ḡe p̄ambula: spei socia: di
lcionis puerpera. Ip̄a actiuā vitā suo munimine p̄tegit: et cōtem
plationis oculū subtiliē acuit. Nec ē que hoīez carnalē facit spi
ritualē: ac mentē tristē mutat in celestē: q; sursum tēdere cogit
qđ se iuxta se diffundere p̄hibet. Mundi hui⁹ ip̄a generat deser
tionē: s; diuinā parit familiaritatē. Amicos cōsueuit diminuerē
s; gratiā solet augere. Frequē nāq; ab hoc mūdo tanq̄ vile
p̄p̄icit hoc qđ a summo bono eligit: et qđ ei⁹ dilcione singulari
decorari meref. Ip̄a ē arcta via: s; secunda et cōpendiosa: ducens
ad vitam. Perpēdat nūc vnusq; sensatus: q; stultus hic esset
quicūq; eius frequē pensaret vtilitatē: et ip̄ius vellet habere
supportationē. O q; inumeri somno pctōz p̄fundissimo obdor
mierāt: et morte perierāt sp̄uali: q; ifelix absorbuerat iniqtas: q;
adueniēte diuine correctionis virga: velut de graui somno ac
mortis in p̄cio excitati: vitaz in melius cōmutauerunt: et opa te
nebrarū abiciētēs: armis lucis iduti sūt. O quot sūt in mundo
captiui q; p̄ manū altissimi velut aīalia idomita: et auicule icauē
ate: tribulationib⁹ se p̄mētib⁹ inclusi tenent: q; bus si facultas
adeēt: ocio resoluti a statu diffugerēt p̄p̄ie salutis. O q̄nti sūt q;
grauissima cōmiserunt pctā: q; multa crimina icurrissent: si non
pia quadā dispēsatiōe dei p̄ tribulatiōes p̄seruati fuissent. Quid
nāq; ē qđ eā cor tumidū et animū elatū: ac hoīem ambiciosum
seipm magis faciat cognoscere et nō alta sapere. s; humiliē in se
ip̄o cōsistere ac timere: et q; p̄ximo patiēti cōdescendere doceat
hec ē nutrix humilitatis: doctrix patiētie: custos v̄ginitatis: cō
patrix et̄ne felicitatis. Tribulatio habita ē a deo salutifera: vt
vix sit q; ab eius se abscondat bonitatis aspgine: siue sit de icipiē
tiū numero vel p̄ficiētiū seu etiā p̄fectōz: rubiginē anfert pec
catoz: icremēta p̄stat v̄tutū: et vbertatē cōfert gratiarū. Quid
hoc thesauro p̄ciosissimo vtilius? Ip̄a nāq; pctā tollit: purgato

Folio. 2.

riū minuit: repellit tēptatiōes: extinguit carnalitates: spiritū
renouat: spem roborat: vultū exhilarat: cōscientie affert sereni
tatē: et infnoꝝ gaudioꝝ cōtinuā prestat ybertatē. **I**pa ē potio sa
natiua: herba salutifera sup oēs herbas paradisi ērestris. **C**orpus
corruptibile castigat quidē: s; animā vegetat imortalē: aia duo
ta saginat tribulatiōe: sicut rose ac lilia fecundant celesti roze.
Ipa tribuit sapientiā: adducit circūspectiōē: et hoīem inexptū
exercitatioꝝ facit. **Q**ui nō ē aduersa passus qd scit: **Q**ui non ē
tēptatus q̄lia scit: **I**pa ē donū dei electū: virga amoroza: plaga
paena. **I**pa volūtarios iuitat: et rebelles ad se trahere cōsuevit
volūtates. **D**omini patiēti eque subseruiūt tam aduersa q̄z prof
pera: amici et iimici ei equalit̄ famulant. **Q**uoties q̄so frendēti
bus aduersarijs. et stridētib⁹ aduersū te iimicis frenū silency im
posuisti. **C**ū eos p tuā māsuētinē et patientiā: cordisq; bilari
tatē ipotētes reddidisti: **E**go q̄ octa creauī ex nihilo: fbulatiōes
iprouisas vñcūq; sup electos meos iduco: ne eoz imēso pziueēt
bñficio **N**ā vt⁹ p aduersa pbat. p̄xiuus edificat: de⁹ glorificat
Pacia in aduersis ē quedā virgula sumi: ex aromatib⁹ mirre et
thuris et vniuersi pulueris pigmētary: cui⁹ odor suauissim⁹: ex
igne tribulatiōis pcedēs: ante oculos meos iugit̄ ascēdit: et me
sibi placabilē reddit: ac totā celestē curiā i admiratiōez suspēdit
Nō tm̄ solēt hoies mūdani ēreno militi strēnue i tozniamēto d̄
certāti itēdeē q̄tū tota celest̄ curiā faueēt et itendeē solz hoī spūa
li: virilit̄ militātī i via. **E**n oēs sci fecerūt hoī paciēti credētiā: qz
calicē dñi mixtū tota vita sua p̄gustauerūt. **E**t nūc ipz formido
lofis adhuc mētibus suadet et nil mali habere: s; eē potū saluti
ferū oēs vnanimi⁹ acclamāt. **V**irtus patiētie suscitatiōi mortu
oꝝ: et ceteroz opatiōi miraculoꝝ p̄ferē. **I**pa martiry ofert glo
riā: et palmā prestat victoriosam: veste purpurea induit: sero d̄
rofis rutilantibus redimit: aureo sceptro adornatur: regio dia
demate insignitur. **C**arbunculus lucens in aureis monilibus
Sic patientia se ostendens in aduersis euentibus gemmula ra
dians. **O**dor suauiter fragrans: et fauus vndiq; distillans. **S**ic
religiosus inter fratres suos patienter ambulans: et defectus
fratrū equanimiter portans: vox eius dulcisona in celi palacio
corde iocūdo cantū sibi vendicat singularē: quē cātare nequnt
q̄ in h⁹ vite aduersis p animi tolleratiā eū cātare nō meruerūt.
Quid plura: nec lingua posset diceē: nec l̄ra exp̄mere: q̄z putile
sit aduersa paciēti sustinere. **V**erūtñ h̄ solū de cūctis p̄missis: a
memoria tua nō excidat: qz tribulati vocantur ab hoc mundo

Mansuetudo
Patientia

Similiter



miseri: sed a me censent beati: qz mecū sine fine sunt regnaturi:

Discipulus. **O** qz euident nūc apparet qz es. **T**e nāqz esse illā pclarā cūctis mortalibz incompatibile sapiam manifestissimū ē: z que veritatē agnitam melliflūo quodā sapore z suauissima quadaz eructatione ad lucem pducis: nec vllū dubitationi locū relinquis. **I**dcirco mirū nō est: si oīa aduersa libentē patit: qui ī eisdē a te tā dulcē consolaf. **D**at mi dulcissime: ecce nūc pedibz tuis puolūt: grās refero cordis affcū deuoto: pro oībus aduersitatibus meis pntibus. **S**z z p trāfactis flagellatiōibz gūissimis: qbus me vsqz ad hāc horā castigare z erudire dignat⁹ es: que mihi quodā tā graues eē videbāt: qz ex hostili seueritate pdiū putabāt. **S**z mirū ī modū octa h̄ trībilīa tāqz nubes matutia velocit̄ ptransiit: z sic sūt te opāte añ oclōs meos qsi nūqz fuerit: cogozqz dicer̄ cū sapiēte **M**odicū laboraui: sz iueni mihi multā requiē. **E**tenī cū te vni cū cordis mei thesaurū: velut amoris speculuz: oculis amorosi cordis ppono: z te ex itimis visceribz oīm desiderioz meorum affectuosissime cōplector: cūctoꝝ obliuiscor tristibiliū: z ī obliuionē cūcta veniūt: quecūqz laborē seu dolorem p̄stare potuerūt. **Q**z vtile sit passionē christi iugiter habere in memoria.

Defloris ad rosas procedim⁹

z violas relinquēdo ad lilia pquireda pperam⁹: dū deflorifero germie passionū quozundā hoīm diuinoꝝ ad rosiferas passiones tuas: o flos campi: o rosa sine spina eterna sapientia: sūmo cū desiderio rursus cordis oculos rezoꝝmuis: **P**er tuā nāqz fructiferā ac venerabilē passionē: cūctoꝝ nobis spūaliū bonoꝝ materia copiosissime sbministrat. **U**bi enī ē gloriatio nra: vbi spes z leticia cordis nri: **R**euera in te vno summo bono: z vero bono: z p̄ciosissime tue passionis thesauro. **E**t iō tā imp̄ciabilē thesaurū delcāt iugit̄ ī corde retinere z continue de ip̄o loqui: ac oīni tpe mēte z corpe cū ip̄o occupari. **U**tinam quoqz z ī cordibus nris nūqz marcescat: sz sp̄ rediuiua pullulatione nou⁹ existat. **F**elix p̄inde tu o gloriozū lumē oīm ecclesiaz qui volatu p̄nifero mutabilia cūcta supuolās: z archanoꝝ diuinitatis attigens abyssum claritatis de me oculis purioꝝ itūēdo introisti ac vba q̄ nō licet hoī loq̄ audisti: z tñ ad ima descēdēs: affcū quodā mellito: possiōis huius ob preconiiū: de cordis thesauro ī mediū eructasti dicens. **N**ihil arbitrat⁹ sum me scire inē vos nisi ih̄m xpm z hūc crucifixū. **O** v̄bū melliflūū. dulcius

A^z.

sup mel ⁊ fauū: deuotis mētibus iugit̄ ruminādū: de q̄ virtutis
liquor emanat: q̄ miseris largit̄ gaudia salutis ppinat. Similit̄
⁊ tu celestis viella: suauitate fmonis dulcit̄ porzata: atq; verbi
eēni diuinissima maiestate illuminata. **Beatissime** bernarde cui
vbum incarnatū ⁊ in cruce suspensū tā dulcit̄ sapiebat: vt hec ⁊
his similia vba suauia dulcissime porares: fasciculus iqs mirre
cuz spōsa: dilect⁹ meus mihi inter vbera mea cōmorabit amari
tudine dñice passiōis significās. **Et hāc** vt ais meditari dixi sa
piam: in his iusticie pfcōne mihi cōstitui: in his plenitudinem
scie: in his diuicias salutis: in his copiā meritorū. **Ex** his mihi
interdū potus salutaris amaritudinis: ex his rursū suauis vnc
tio cōsolationis: hic me erigit ī aduersis: in psperis deprimit: ⁊
inter leta tristiaq; vite pntis via regia incedentē tutum prebet
vbiq; ducatū. **Vinc** inde mala iminētia ppulsando: nō requiro
sicut spōsa vbi cubet in meridie quē amplector: mea iter vbera
cōmorantē. **Nō** reqro vbi pascas in meridie: quē intueor salua
torē in cruce pendentē. **Illud** sublimi⁹: istud suauit̄ vel parati⁹:
panis illud: hoc lac: hic mea interi sublimior phia: scire iesuz et
hūc crucifixū. **Hec** inq; doctor venerāde ex ore tuo cōmēdata
suscepi. **Ceterū** ex his o sapia eterna hāc mihi sūmā colligo: q̄
quicūq; eternā salutē ⁊ p̄miorū magnitudinē desiderat hē. **Arce**
quoq; cūctariū vtutū optat cōscēdere: sciam quoq; atq; sapiam
obtinere: inē pspera ⁊ aduersa eq̄nimit̄ stare: securā viāz ambu
lare: ⁊ amaritudinē tue passionis: tueq; consolationis potū sua
uissimū desiderat p̄gustare dat te ihm: ihm inq; crucifixū iugit̄
in pectore suo portar. **O** monile p̄ciosuz: electū sup aurū ⁊ lapi
dē p̄ciosuz: iter spōse vbera iugit̄ gestandū: nec vnq; obliuioni
tradendū. **Nūq;** enī formosaz puellulā adeo decorauit monile
p̄ciosuz ī pectore gestatū: q̄ntū ihs crucifix⁹ mēti inclusus por
nat cor deuotū. **Male** aurea in lectis argēteis. **Ihs** xps ī corde
amātis: vas auri solidū omni lapide p̄cioso adornatū: ⁊ pectus
feruidū huius **Sapientia**. **Frequens** passionis hui⁹
nois cōtētium memoria: indoctū quēq; **folio 40. 51.**
reddit doctissimū ⁊ ipitos ac idiotas facit p̄ficere ī magistros:
magistros inq; nō scie q̄ inflat: sed caritatis que edificat. **Ipsa**
ē velut quidā liber vite ī quo oīa salutī nccāria inueniūt. **Dic**
liber p̄ oīm phoz libris: de oibus docens: mellea quadā dulce
dine punctus sentit̄. **Nōne** videt̄ tibi sic eē: nōne iā ⁊ os tuum
⁊ labia cordis tui pfusa fauū hūc dulcissimum sentiūt vbertum
distillare: **Nōne** singule lre diligēt̄ inspecte velut aromiatum

8. stille tibi videbunt patuisse: Felix qui eius studio seriose icendi
 tur: quia proficiet in contemptu mundi: et in amore dei: cunctarumque virtutum et
 gratiarum suarum. **Discipulus** Memorabilis sapientia
 met incrementum cordi meo existeret: ut tuipe melius nosti: quam ut passionem tuam
 iugiter toto corde deslere possem. Sed per dolor ariditate et duri
 cia quadam contracta: ad eius recordationem put dignum esse non con
 pugor: et ideo doceo benigna patris sapientia: qualiter est agendum et mihi
 fit in hac materia. **Sapientia** Memoria passionis mee
 1. tam preciosa debet fieri non profunctorie
 nec festina acceleratio. Maxime cum tempus adierit sufficiens et oportu
 tunum: sed cum matura et morosa ac precordiali rememoratio: et flebili
 quadam compassione. Nisi enim si dulcissimum lignum dentibus affectuose
 discretiois masticatum fuerit: sapor eius licet immensus nequaquam mo
 uebit. Et si liquidum flere cum flente: aut dolere cum dolente non potes:
 2. saltim affectum deuoto de tantis beneficis tibi per eas exhibitis: gaudere
 debes et gratias agere. Et si nec affectum compassiois nec gratulatiois
 desiderio moueris: sed dura quadam affectio te in eius recordatione
 deprimi sentis: nihilominus in duricia cordis tui ad laudem dei:
 memoria huius salutifere passionis qualitercumque percurrere: et quod a te habere
 non potes ipsius manibus pressuratis committas. Verumtamen perseuera: pe
 tendo: pulsando: querendo: donec accipias. Percute bis scilicet terio
 re videlicet recordatione: et corporali nihilominus labore: te ipsum exer
 ces ad pietatem: et per extensionem manuum: seu oculorum ad crucifixum
 subleuationem: vel pectoris tensionem: aut genuflexiones deuotas: vel
 cetera similia pietatis officia continuando: donec egrediantur aque
 lacrimarum largissime: ut et ratio bibat deuotionis aquas: et corpus
 animale ex eius presentia accessum ad gratiam abilitet. **Si forsan** casuali
 te affectum hunc delectabilem et dulciorem super mel et fauam rariis expiri
 nimirum quia forsitan temptatioibus interim exercitaris. Multo viri
 lius agis: si virtutem ipsam non pro delectatione quam experiaris: sed
 pro virtutibus ipsis et solo beneplacito dei tota intentione et si non affectio
 sectaris. Affectus enim beatitudinis est exercitium vero virtutis. **Porro**
 9. passionis mee frequens meditatio inter alia innumera: ad duo precipue
 tibi noueris potest solacia: videlicet ad tristitiam inordinatam
 repellendam: et penam purgatoriam diminuendam. Qualiter autem dolor
 meus dolore animi expellat: exemplo tibi potius quam verbo demonstra
 bo. Erat namque quidam discipulus sapientie cuius nomen sit in libro vi
 te: quem circa conversionis sue incipia quedam tristitia inordinata tam
 letaliter oppressit: ut nec legere vel orare vel quicquam boni per tunc face

Hodie cordis vidi
 talis et g. l. l. di.

MS

Mody cordis tristitia
 auollendi.

re posset: qui dū die quadā in cella residēs ab hac passiōe graui
ter vrgeret ⁊ incredibili dolore affligeret: facta ē ad eū desuper
quasi vox itellectualis dicēs: qđ hic sedes ociosus: ⁊ in teipō ta
bescēs: Surge nūc ⁊ meaz passionem deuote ptracta: ⁊ in mea
amaritudine tuū deuinces dolorē. Quo audito: frat ille surrex
it: ⁊ se ad meditando passionē cōtulit: ⁊ ex tūc medicina hac sa
lutari sanat: p eius cōtinuā replicationē neq̄q̄ plus de cetero
talē vnq̄ sensit animi passionē. Qualit̄ autē hec vilissima medi
tatio penā purgatorij relaxare habeat tibi idicabo. En autor na
ture nil lordinātū in sua natura relinq̄t. S; nec diuina iusticia
quicq̄ ipunitū dimittit: qđ nō hic aut in futuro debite subyciat
correctiōi. Quādo igit̄ putas finē habitura eēt pena alicui⁹ pec
catoris: qđ multis criminib⁹ obnoxius odignā satisfactionē pro
quolibet mortali p millesima pte nō expleuisset: quā exoluere ī
locis purgatorij gehēnalib⁹ decedēs cogeret vsq; ad minimuz
quadrantē. O nimis longa misere aie expectatio: o diutina ac
acerba nimiū cruciatio: dolor pseuerās ⁊ imensus: penitētia ḡ
uior omni frestri cruciatu. Sed vid̄ qđ hāc penā leuissima ⁊ bre
uissima satisfactiōe opēsare posset: qđcūq; ipam de thesauro passi
onis agni imaculati sciret recipe. Dic nāq; thesaur⁹ p̄ciosissim⁹
ppter caritatē maximā: psonāq; dignissimā: ac dolorē imensis
finiū sufficiēs ⁊ supabundās extat: ⁊ iō talit̄ posset se homo ad
hunc applicare ⁊ de eius merito ⁊ satisfactiōe tam deuote ad se
traher̄: vt si mille ānis deberet purgari ī breui d̄ toto liberaret̄.

Discipulus **P**eto mi dñe vt me miserū peccatorē
summe idigentē: hāc doceas artez vt
lissimā prop̄ bonitatē tuā: qz heu ppria nō sufficiunt merita: vt
necessariū valde sit mi. **S**apiētia **S**i vis penam purga
torij longā ⁊ acerbaz
in tēporalē q̄ leuis ⁊ breuis ē cōmutare: hec facer̄ studeas: **P**ri
mo oīm debes corde cōpuncto ⁊ spū cōtribulato cū gemitu cor
dis enozmitatē pctōz tuozū grauissime pōderare: cōfitendo ad
uersum te iusticiā tuā dño: amarissime recogitādo qđ feceris:
quē offenderis: qđ ve merueris. **P**eccaui inquit̄ dñe: peccaui
sup numerū arene maris: **D**ēñ debes teipm corā oculis et̄ni iu
dicis humiliē despiciere: ⁊ vilem estimare: ita vt cuz publicano
oculos imundos nec audeas ad celū leuare: nec labys pollutis
nomē illud gloriosū nominare: s; neq; teipz hominē s; vermē
imundū estimare: ⁊ opa tua satisfactoria q̄si nullius sint momē
ti ānihilare: ⁊ sic miser ⁊ miserabilis añ fores gratiā iudicis ex

Modus purgatorij
penarū
407.

pectare: et dicere cum gemitu profundo cordis tui. Pat mi peccavi
in celum et coram te: et non sum dignus vocari filius tuus: fac mihi sicut
vni de mercenariis tuis. Postea meritum passionis mee debes
summo cum affectu extollere et magnificare: cogitando quoniam apud
me copiosissima est redemptio: et quod minima gutta preciosissimi san-
guinis quod per omnes partes corporis mei vulneribus repleti largitus efflux-
it: per redemptionem et satisfactionem totius mundi suffecisset. Sed copiose
ipsum effundere volui in argumentum magni amoris et superflue-
tissime pietatis: in solamen omnium miserorum. Tandem debes humili-
quidem: sed fervido affectu manuum auxiliatoris querere: et misericor-
dissimi redemptoris meritum infinitum in subsidium postulare: nihil
hesitans: quia prior est fons ille pietatis misericordiam iugiter scaturiens ad
miserendum quam

Discipulus O verbum gratiosum et pre-
cipuum mihi: meisque si-
milibus miseris peccatoribus: summa cum exultatione suscipiendum: eo
quod in tua passione sicut in promptu invenimus unde peccata possumus
10. abluere: penas delere: gratiam invenire: et gloriam promereri sempiternam

O quis mihi det vel minimam guttam ad instar puncti modicam:
huius tam preciosi liquoris rubicundi sanguinis agni immaculati: in
lauacrum vulnerum meorum. Age nunc tota virtus mea si quo modo
possim hoc salutare medicamentum in remedium optinere peccatorum
meorum. O gutta rosida et minima pedica domini mei egressa. O stil-
licidium roseum de aula regali foramine scilicet pectorali effluxum: vel
saltem de minima punctura corporis delicati egressum: sana et rei-
tegra peccatorum meorum vulnera. O crux aue spes unica: sanguine de-
licato perfusa: auge peris iustitiam: reisque dona veniam.

Misericor-
dissima sapientia: his te verbis consolatoris ore mellifluis persequente: ques-
tio non modica animum meum pulsat: quam ut solvas affectus pius de-
votus exposulat. Dixisti enim quod per tuam passionem satisfactio sufficiens
et superabundans humano generi collata est. Ad si ita est: quare igitur pena
satisfactoria iniungitur: et scilicet qualitate culpe exigitur qualitas pene.

Sapientia Ad hoc quod homo consequatur effectum passio-
nis huius: oportet ipsum ei configurari: confi-
gurat autem ei per baptismum. Unde illi ex toto liberantur qui sic decedunt:
sed oportet quod illi qui post baptismum peccant configurentur christo patienti
per aliquod penalitatis vel passionis quam in seipso sustineat: quam tamen mi-
norem sufficit quam esset indigna peccato: cooperante satisfactione predicta

Discipulus Redeamus igitur ad hanc materiam utilita-
te precipuam: de qua tantam digressionem
fecimus: occasionem tantorum misteriorum eius ex veritate sumentes.

Registratio de
passione
55. 44.

Quo ver^o xpi discipulus debet se cōfigurare passiōibus ipius.

Situr cū me filii tenebrarū

crucis patibulo affixissent: nō suffecit eis horrendū supplicium mihi illatū: s; crudeli^o seuiētes corā dolēte z moriēte stabāt: z me deridebāt z blasphemādo subsānabāt mouētes capita sua: z obprobrys ipysime miserz affligebāt. Ego autē his nō mot^o: s; patientē sustinēs aiebā. **P**ater ignosce eis qz nesciūt qd faciūt. **I**nē dūos latrones tāq; supplicij reū me dī filiū suspēderūt: z vn^o quidē ex his me deridebat ali^o autē patrociniū implozabat: quē cōtinuo ad grām recepi: z pctōz veniaz tribuēdo paradisum ei celestē pmissi. **C**ircūspexi z nō erat auxiliator: oēs me dereliq̄rant. **N**oti q̄q; mei q̄si alieni recesserāt a me. **S**tabāt quidē ex his a lōge: z q̄ circa me fiebāt cōsiderabāt: fratres q̄q; mei in āgustys mortis disp̄si a me diffugiebāt: Vestimēta mihi tortozes extrahētes nudū reliquerūt. **S**ūma dei v̄tus z potētia xps dñs tunc miserabilē stetit q̄si omni v̄tute puat^o. **N**ā absq; mīa me cruciatibus acerrimis vexauerūt. Ego autē tāq; agnus māsuētus q̄ portat ad victimā obmutui z nō aperui os meum angustie mihi v̄ndiq; erāt: miserie me v̄biq; p̄mebāt: quocūq; me vertebā dolorē inueniebā. **S**tabat tūc iuxta crucez filij pendētis mat̄ mestissima: cūcta vulnerū meoz in pectore suo dolorifera mat̄nis visceribus p̄ferēs tormēta ac sustinens vulnera: audiēs igif̄ vocē ei^o flebilē z luctū miserabilē: eiusq; dolorem sciēs vehemētē: cōpassiōe mot^o pie ipam cōsolabar: z dilectaz m̄rez discipulo dilcō recōmendās: discipulū p̄ me ei in filijz de legavi. **Q**ualit̄ tūc gladi^o doloris viscerē penetrauerit dulcissime m̄ris: qlit̄ etiā meroris gladi^o iteriora oīa filij pendētis repleuerit nullus p̄fecte **D**iscipulus **D**olor seuiissimus: z cōpassiōe precipua dignissimus. **D** seuiicia ac duricia imensa enormit̄ te torquētū qualit̄ o cruēte bestie leonibus fortiores: lupis rapacibus seuiiores: agnū illū mansuetissimū: speciosūq; forma p̄e filijs hoīm: nobilē ac delicatū: piū ac mansuetū sic crudelit̄ torquere potuistis. **D**eus me^o: vtinā fuisset tūc famulus tuus p̄sens dū hec agebant: vt pietas z cōpassio q̄ eis defuit p̄ me suppleta fuisset. **P**rofecto si possibile fuisset: salua hūani generis redēptiōe ego aīam meā pro vita tua exposuissem: vel cum dilecto piter occubuissem: vel certe si hoc fuisset negatū: saltē p̄e dolore p̄stratus pedē crucis in qua dilcūs moriebat̄ brachys affectuosissime cō

passionis strinxissent: et sic flens et eiulans perdurassem: quousque
forsitan cum terra tremuit et petre scindebant: cor quousque amatis propter
scissum fuisset. **O** quam feliciter migrassem: si moriente dilecto ego quousque
secum propter mortuum fuisset an si meministi quod fecerit armiger saul
qui in morte gelboe dominum suum inimicis vallatum improbe occubuisse:
videns fidelitatem ei et societatem facere cupiens: super gladium suum stul-
te irruit et propter mortuum est cum illo. **O** si seruus videns dominum suum
infeliciter mori commoriebatur: dilectus videns dilectum pro dilecto fide-
liter mori non commoreretur: Qualiter etiam vivere posset: et non potius
eligeret fortiter mori quam infeliciter vivere: propterea utique elegisset
suspendium anima mea: **Sapientia** **H**anc horam moriendi
et mortem ossa mea. **ab** eterno mihi preele-
gi: ut solus tunc calicem mee biberem passionis: et mortem pro omnibus
sustinerem. **N**unc autem tempus adest ut omnes qui vult venire post me:
abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me: et sciat pro cer-
to hanc imitationem deuotam tam acceptabilem mihi fore: quantum fuis-
set pro tunc si mecum perstitisset: et mortuus propter cum moriente fuisset.
Et ecce hec erit crux tua quam portare debes si vis meus esse ama-
tor. **Q**uoadmodumque exercitio virtutum et diuinorum expletioni mandatorum
studiose intentus es pro posse tuo: et tamen ex emulis ex hoc derisiones
seu detractioes recipis: insuper et in oculis eorum intus vilescis et de-
spicibilis appares: ut hoc non virtuti pacientie ascribant: nec gratie que est
in te. sed ipotetie et ignauietate: et quod te vindicare volens non audeas velle
scias. **T**u autem hoc non solum patienter et libenter pro deo sufferas: verum
etiam ex superabundanti prebeni que in celis est seriosius pro eis exorari stu-
dueris: et eos deuote apud me excusaueris: ipsos mihi recomen-
dando. **Q**uicumque in hac contrarietate lesiuam ad gloriam et imitationem
crucifixi seipsum superauerit: scire debet quotiescumque hoc fecerit: quod
mortem domini recentius reuiuiscere facit: et imaginem crucifixi in se por-
tabit. **P**ropterea si bona opera facies et innocenter ac simpliciter in via abu-
lans opera tua bona ab inuidis persecutoribus concularentur: insuper de
te non bona sed mala vbi que loquerentur: falsaque tibi multa imponentes. vi-
ta tua in oculis te honore dignum habentium deprauarum non desisteret.
Tu autem ex his non motus sed magis exhilaratus in te manens in tanta
maneres persecutium te cordis pietate: ut patius esse sincero affectu
et pio corde cunctas offensas remittere: ut sic penitus in te delete esse
ac si nunquam facte fuissent. **I**psis quousque preberes auxilium et consilium op-
timum eius ob amorem que suis crucifixorum etiam non petentibus non solum
offensas remisit: sed et eis prodesse studuit pro eis apud patrem iterce-
dendo. **Q**uicumque teipsum in bono facto propter dei superares: certissime ac ve-

to quis
ca y. christo
10. dicitur?

3
4

5

racie iux̄ dilectū tuū crucifixū pariē crucifixus stares: mūdāna
 solacia fugiēdo: z vtilitates ac cōsolatiōes frenas pp̄ me relin
 quēdo: nisi quātū necessitas h̄ requirit: desertionem meā qua ab
 oibus derelict⁹ fui p̄ hāc recōpensans: voluntariā abstractionē
 quotienscūq; tuos caros amicos vel cōsanguineos pp̄ amorē
 saluatoris reliqueris discipulū z dilectū fratrem mihi iux̄ crucez
 cōpaciētē substituis. **Expoliatio** quippe tue pp̄e volūtatis vesti
 mēta sūt nuditatis mee. **Cūq;** his q̄ te ipugnāt seu crimināt et
 aduersa inferūt volūtariē cesseris: z eoz q̄ te v̄bis iportune iua
 dūt: irā z ipacientiam tā māfue te z cū tāta cordis dulcedine ac
 verboz suauitate ac vultus hilaritate r̄ceperis: vt tua dulcis be
 nignitas merito aduersarijs verecūdiā i ferre possit: vt eoz de
 beat tumor tua ex humilitate cōfrigi: tūc mortis mee ymago z
 filitudo in te veracit̄ relucebit. **Itē** exēplo matris mee fidelissi
 me z discipuli dilci sp̄ tibi mēoria passiōis asit i corde p̄ mēoriā
 in orōe p̄ ruminatiōē deuotā: z i opatiōe p̄ imitationē affectu
 osam. **Quicūq;** h̄ fecerit ver⁹ ihu xpi imitator existit: z delicias
 ei apud se copiosas ministrabit. **Signū** ḡ tue dilectionis sit exhi
 bitio opis. **Veri** exhortaberis te velle mori p̄ me corpaliē: nūc
 venit hora tua: accurre: festina: z recipe mortē p̄ me spūaliē. **O**
 q̄ntū d̄ tali filio q̄ crucē hāc recipit p̄ celestis glābif. **O** q̄ntū de
 tali fidelissimo disciplo mgr̄ mgr̄ozū iocūdabif: dilectū p̄ dilcō
 q̄q; morientē: eiusq; passioni r̄identē: vt videlicet h̄ sētiat in se
 qd̄ z i xpo ihu. **Cū** q̄nta glā putas sublimabif i cel: z q̄nto hono
 re dign⁹ habebif: socius nāq; magne tribulatiōis erit z socius
 immense **Discipul⁹** Scio dñe qz nō ē hoīs via ei⁹
 cōsolatiōis nec viri est vt ābulet z dirigat
 gressus suos. Quāobrez oculos ac man⁹ ad te sursū eleuo pussi
 me redēptor: deuote supplicādo: q̄tinus venerāde passionis tue
 ymago z filitudo mihi famulo tuo efficacit̄ imprimat: z suū i me
 effectū salubrē iugit̄ opeē ad laudē z glām noīs tui b̄ndicti. **Le**
 terū vt vides aīa mea tota i excessu mētia posita: adhuc stat sus
 pēsa: tibi patiēti intēdēs: z audire cupiēs famē tā miserāde pas
 sionis. **Scire** insup cupiēs vtrū caro passa ex diuinitatis ifluxu
 aliq; tūc sēferit alleuia **Sapientia** Nota valde de
 tionem tanti doloris. **hac** infrogatione
 qd̄ merito ex itimis te mouere debeat ad cōpassionem. **In** illa
 hora cū mortis suppliciu z ptuli horrendum: aīa verbo perfecte
 fruebat: z tñ diuinitas pmisit carni agere z pati que sua erant
 pp̄ria: z qz vires inferiores sibijp̄is relinquebantur: passibiles

valde reddebant. Attēde nūc glām toti⁹ orbis ī cruce suspēfaz:
1. ⁊ miseris yltra modū angustiatā: pēdebā in patibulo crucis:
2. ligno īmobiliē cōfixus: desolat⁹: ⁊ omni adiutorio humano pri
uatus. Sed ⁊ p^r meus celestis me quodāmodo reliquisse vide
bat: cū nō iuuabat quē iuuare poterat: magnalia opa onidēo.
4. 3. **U**ulnera cruēta sanguinē fūdebāt. **O**chli mei a fletu caligabāt:
⁊ oīa viscerē mea p^r nimio cruciatu ⁊ tabescebant. **R**ugiebā a ge
mitu cordis mei: ⁊ nō erat q̄ respiceret: flebā amare: ⁊ nō erat q̄
lacrimas abstergeret: dolores ⁊ liuores me opp^riserāt: ⁊ nō erat
q̄ foueret. **O**ratē maledicebāt. **T**acētē deridebāt. **P**acientē susti
nētē blasphemabāt. **E**t cū sic vndiq; me dolores mōtis circūde
8. 7. 6. 9. dissēt: clamaui ad patrē dicēs. **D**e⁹ me⁹: de⁹ me⁹ vt qd dereliquisti
10. me: ⁊ tū volūtas pēdētis filij sp̄ fuit ⁊ formis p^rne volūtatī. **S**i
tini: ⁊ nō erat q̄ calicē aque frigide aīe sitiētī porrigeret: s; aceto
mixto cū felle sitim meā potabāt. **A**triū l; aīa mea p^r sitis angus
tia multū affligeret: magis tū feruide salutē hūanaz sitiebat: ⁊
11. mortē: īclinato capite ēdidi spiritū. **N**ec suffecit eis viuētē me
doloribus affligere: s; ⁊ mortuū penis afficerē tēptabāt. **N**ā lat^r
meū mucrone dire lancee perforabant: ex quo sanguis ⁊ aqua
exibant: que corpus mortuū pfundebant. **S**icq; vita mundi p
mundo extincta fuit: ⁊ sanguine suo precioso genus humanuz
redemit atq; veterum piacula peccatorum pio cruore deterfit.

Discipulus **O** vere magna ⁊ inestimabilis dilcio
caritatis: o maximus ⁊ imēsus dolor
1. tue sanctissime passionis: qua nos miseros orbis conditor rede
2. misti: vtinam nunc dignas laudes tibi exsoluere possem: vtinā
3. omnium hoīm q̄ sunt sup terraz: vel futuri sunt vel p^rterierunt
p^rogatiuis flozerē: vt eas ī tuo famulatu expendere. **O** q̄s mibi
det sapientiam salomonis: fortitudinem sampsonis: absolonis
pulcritudinē: omniūq; p^ricipū hui⁹ mūdi diuitias ⁊ glām atq;
virtutē. **Q**uatenus hec oīa. ⁊ multa maiora his libere offerrem
in obsequium mei saluatoris ī odorē suauitatis. **S**ed heu qd pōt
facere canis mortu⁹: aut quā gratiā prestat pōt surdus ⁊ mut⁹:

Sapientia **S**i linguis hominuz loq^reris ⁊ angelo
1. 2. 3. 4. 5. 5. 5. rum: si cūctorum hominū bonis opib⁹
p^rdit⁹ es: si oīm sacrarū virginū puritate claresceres: si ⁊ fesso
rū atq; doctoz p^rcursor: martirūq; vexillifer existeres: siq; oīm
creaturaz vtutē haberes: repēdere vicē tāto redēptōri ex cōdig
no nō posses: nec p^r mīma gutta ei⁹ sāguis p^r te ex amore effusa.

Discipulus Quid igitur retribuaz dño pro oibus q̄
retribuit mihi. **O** mi deus doce queso

famulū tuū: qualif saltem ex gr̄a placere posset: q̄ ex ifirmitate
z puitate operū. **S**apientia Memoria passiōis mee
suorum deficit. semp debes i corde tuo

habere: z oēs tribulatiōes z aduersitates quas pateris ad ipm
referre: ipiusq; similitudinē q̄ntū possibile ē induere debes. Itē
ex occulta dispēsatione cū tibi cōsolationē internā subtrabo: et
te desolatū relinquo: debes ad instar veri crucifixi nō aliūde cō
solationē q̄rere: s; patientē expectare: z sursū ad p̄zem q̄ in celis
ē respectū habere: teipm deserēdo: z oēm cogitatū tuū in ipsum
iactando. Tunc absq; dubio q̄nto fuerit maior hoīs exterioris
pressura z desertio hoīs iterioris cū volūtate deo vnita tanto si
milioz eris crucifixo: z acceptioz p̄ri p̄mādo: qz reuera hoc est
punctū aduersitatis: p qd milites p̄batissimi in acie xpi cōstituti
strictissime examinant. Post cōcupiscētias tuas nō abeas: sed
eas virilif frangas: tūc felle amaritudinis cū dilcō tuo potaberis
oīm hominū salutē sitias: superiorib; tuis obedientiā deuotam
exhibeas: oīa opa tua ad v̄tutū p̄fectionē: z debita; perducere
cōtendas cōsummationē. Itē oīa infortunia z cūcta tristabilia
clemētie dei debes cōmittere: z sic te libere in ōni facto tenere:
q̄si homo q̄ in p̄cto migratur; ē de hoc mūdo. Refugiū quoq;
cōtinuū in vulnere lateris mei debes q̄rere: tanq; colūba in fo
raminib; petre: qz i b̄ loco sp̄ iuenies copiosissimā pctōz remis
sionē: gr̄az pleitudinē: z a cōctis mal̄ iminētib; securā p̄tectiōez

Discipulus Unā adhuc petiunculā de hac mate
ria dulcissime passiōis tue porrigo de
hoc videlicet q; tam breuif tangēs p̄trāsisti. Qualif scz se habu
erit m̄r illa venerāda genitrix tua fidelissima quādo iuxta cru
cem stetit: z filiū suū dilectuz corā oculis tuis suspensū cōspexit.

Sapientia De hoc licētiatus ipam adeas: z eius ab
ore hoc quod vis diligētius inq̄ras.

Cōmendatio singularis beate v̄ginis: z de dolore eius inesti
mabili quē habuit in passione filij.

Stabat iuxta crucē Jesu ma

ter eius: tpe vernali cū ad alta celi sol ic̄ipit ascēdere: et
t̄ris infundere radioz suozū secundā luminositatē. Ec
ce vegetabilia cūcta hiemali glacie cōstricta ic̄ipiūt reuirescere
animātia q̄q; z volatilia in antris z specub;: ac diuersis q̄busq;

